# THURSDAY AFTER THE 2ND SUNDAY IN LENT

Errors? help@extraordinaryform.org

**INTROIT Psalms 69: 2, 3**

Deus, in adjutórium meum inténde: Dómine, ad adjuvándum me festína: confundántur et revereántur inimíci mei, qui quærunt ánimam meam. (Ps. 69: 4) Avertántur retrórsum et erubéscant: qui cógitant mihi mala. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Deus, in adjutórium meum inténde: Dómine, ad adjuvándum me festína: confundántur et revereántur inimíci mei, qui quærunt ánimam meam.

O God, come to my assistance; O Lord, make haste to help me: let my enemies be confounded and ashamed that seek my soul. (Ps. 69: 4) Let them be turned backward and blush for shame, that desire evils to me. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. O God, come to my assistance; O Lord, make haste to help me: let my enemies be confounded and ashamed that seek my soul.

**COLLECT**

Præsta nobis, quǽsumus, Dómine, auxílium grátiæ tuæ: ut, jejúniis et oratiónibus conveniénter inténti, liberémur ab hóstibus mentis et córporis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Grant us, we beseech Thee, O Lord, the assistance of Thy grace, that, being intent, as becometh us, upon fasting and prayer, we may be delivered from the enemies of soul and of body. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

*For St. Frances of Rome*

Deus, qui beátam Francíscam fámulam tuam, inter cétera grátiæ tuæ dona, familiári Angeli consuetúdine decorásti: concéde, quǽsumus; ut, intercessiónis ejus auxílio, Angelórum consórtium cónsequi mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

O God, Who, among other gifts of Thy grace didst honor blessed Frances, Thine handmaid, with the familiar companionship of an angel, grant, we beseech Thee, that by the help of her intercession we may deserve to attain the company of angels. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**LESSON Jeremiah 17: 5-10**

Hæc dicit Dóminus Deus: Maledíctus homo, qui confídit in hómine, et ponit carnem bráchium suum, et a Dómino recédit cor ejus. Erit enim quasi myrícæ in desérto, et non vidébit, cum vénerit bonum: sed habitábit in siccitáte in desérto, in terra salsúginis et inhabitábili. Benedíctus vir, qui confídit in Dómino, et erit Dóminus fidúcia ejus. Et erit quasi lignum, quod transplantátur super aquas, quod ad humórem mittit radíces suas: et non timébit, cum vénerit æstus. Et erit fólium ejus víride, et in témpore siccitátis non erit sollícitum, nec aliquándo désinet fácere fructum. Pravum est cor ómnium et inscrutábile: quis cognóscet illud? Ego Dóminus scrutans cor, et probans renes: qui do unicuique juxta viam suam, et juxta fructum adinventiónum suárum: dicit Dóminus omnípotens.

Thus saith the Lord God: Cursed be the man that trusteth in man, and maketh flesh his arm, and whose heart departeth from the Lord. For he shall be like tamaric in the desert, and he shall not see when good shall come: but he shall dwell in dryness in the desert, in a salt land, and not inhabited. Blessed be the man that trusteth in the Lord, and the Lord shall be his confidence. And he shall be as a tree that is planted by the waters, that spreadeth out its roots towards moisture; and it shall not fear when the heat cometh. And the leaf thereof shall be green, and in the time of drought it shall not be solicitous, neither shall it cease at time to bring forth fruit. The heart is perverse above all things, and unsearchable; who can know it? I am the Lord Who search the heart, and prove the reins: Who give to one according to his way, and according to the fruit of his devices: saith the Lord almighty.

**GRADUAL Psalms 78: 9, 10**

Propítius esto, Dómine, peccátis nostris: ne quando dicant gentes: Ubi est Deus eórum? Ádjuva nos, Deus, salutáris noster: et propter honórem nóminis tui, Dómine, líbera nos.

Forgive us our sins, O Lord, lest the Gentiles should say, Where is their God? Help us, O God, our Savior; and for the honor of Thy name, O Lord, deliver us.

**GOSPEL Luke 16: 19-31**

In illo témpore: Dixit Jesus pharisǽis: Homo quidam erat dives, qui induebátur púrpura et bysso: et epulabátur cotídie spléndide. Et erat quidam mendícus, nómine Lázarus, qui jacébat ad jánuam ejus, ulcéribus plenus, cúpiens saturári de micis, quæ cadébant de mensa dívitis, et nemo illi dabat: sed et canes veniébant et lingébant úlcera ejus. Factum est autem, ut morerétur mendícus, et portarétur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mórtuus est autem et dives, et sepúltus est in inférno. Elevans autem óculos suos, cum esset in torméntis, vidit Abraham a longe, et Lázarum in sinu ejus: et ipse clamans, dixit: Pater Abraham, miserére mei, et mitte Lázarum, ut intíngat extrémum dígiti sui in aquam, ut refrígeret linguam meam, quia crúcior in hac flamma. Et dixit illi Abraham: Fili, recordáre, quia recepísti bona in vita tua, et Lázarus simíliter mala: nunc autem hic consolátur, tu vero cruciáris. Et in his ómnibus, inter nos et vos chaos magnum firmátum est: ut hi, qui volunt hinc transíre ad vos, non possint, neque inde huc transmeáre. Et ait: Rogo ergo te, pater, ut mittas eum in domum patris mei. Hábeo enim quinque fratres, ut testétur illis, ne et ipsi véniant in hunc locum tormentórum. Et ait illi Abraham: Habent Móysen et Prophétas: áudiant illos. At ille dixit: Non, pater Abraham: sed si quis ex mórtuis íerit ad eos, pæniténtiam agent. Ait autem illi: Si Móysen et Prophétas non áudiunt, neque si quis ex mórtuis resurréxerit, credent.

At that time Jesus said to the Pharisees: There was a certain rich man who was clothed in purple and fine linen, and feasted sumptuously every day. And there was a certain beggar, named Lazarus, who lay at his gate, full of sores, desiring to be filled with the crumbs that fell from the rich man's table, and no one did give him: moreover the dogs came and licked his sores. And it came to pass that the beggar died, and was carried by the angels into Abraham's bosom. And the rich man also died, and he was buried in hell. And lifting up his eyes when he was in torments, he saw Abraham afar off, and Lazarus in his bosom, and he cried and said: Father Abraham, have mercy on me, and send Lazarus that he may dip the tip of his finger in water to cool my tongue, for I am tormented in this flame. And Abraham said to him: Son, remember that thou didst receive good things in thy lifetime and likewise Lazarus evil things: but now his is comforted and thou art tormented. And besides all this, between us and you there is fixed a great chaos: so that they who would pass from hence to you cannot, nor from hence come hither. And he said: Then, father, I beseech thee that thou wouldst send him to my father's house, for I have five brethren, that he may testify unto them, lest they also come into this place of torments. And Abraham said to him: They have Moses and the prophets: let them hear them. But he said: No, Father Abraham: but if one went to them from the dead, they will do penance. And he said to him: If they hear not Moses and the prophets, neither will they believe if one rise again from the dead.

**OFFERTORY Exodus 32: 11, 13, 14**

Precátus est Móyses in conspéctu Dómini, Dei sui, et dixit: Quare, Dómine, irascéris in pópulo tuo? parce iræ ánimæ tuæ: meménto Abraham, Isaac et Jacob, quibus jurásti dare terram fluéntem lac et mel. Et placátus est Dóminus de malignitáte, quam dixit fácere pópulo suo.

Moses prayed in the sight of the Lord his God, and said: Why, O Lord, art Thou angry with Thy people? let the anger of Thy soul be appeased: remember Abraham, Isaac, and Jacob, to whom Thou sworest that Thou wouldst give the land flowing with milk and honey. And the Lord was appeased from the evil which He had threatened to do to His people.

**SECRET**

Pæsénti sacrifício, nómini tuo nos, Dómine, jejúnia dicáta sanctíficent: ut, quod observántia nostra profitétur extérius, intérius operétur efféctu. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

By the sacrifice here before Thee, O Lord, may the fasts dedicated to Thy name sanctify us, and inwardly effect that which it outwardly professeth. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

*For St. Frances of Rome*

Accépta tibi sit, Dómine, sacrátæ plebis oblátio pro tuórum se méritis, de tribulatióne percepísse cognóscit auxílium. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

May the offerings of thy holy people be accepted by Thee, O Lord, in honor of Thy saints, through whose merits they know that they have received aid in time of trouble. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**PREFACE OF LENT**

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui corporáli jejúnio vítia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et prǽmia: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

**COMMUNION John 6: 57**

Qui mandúcat meam carnem, et bibit meum sánguinem, in me manet, et ego in eo, dicit Dóminus.

He that eateth My flesh, and drinketh My blood, abideth in Me, and I in him, saith the Lord.

**POSTCOMMUNION**

Grátia tua nos, quǽsumus, Dómine, non derelínquat: quæ et sacræ nos déditos fáciat servitúti, et tuam nobis opem semper acquírat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

May Thy grace, we beseech Thee, O Lord, not depart from us, but render us devoted to Thy sacred service and ever obtain for usThine aid. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

*For St. Frances of Rome*

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventióne nos refóve, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Thou hast filled Thy household, O Lord, with sacred gifts; ever comfort us, we beseech Thee, by the intercession of the saint whose festival we celebrate. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**PRAYER OVER THE PEOPLE**

Humiliáte cápita vestra Deo.
Adésto, Dómine, fámulis tuis, et perpétuam benignitátem largíre poscéntibus: ut iis, qui te auctóre et gubernatóre gloriántur, ei congregáta restáures et restauráta consérves. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

Bow down your heads to God.
Be present with Thy servants, O Lord, and shower perpetual kindness upon those who ask it; that to those, who glory in Thee, their creator and ruler, Thou mayest restore good things heaped up, and preserve what Thou dost restore. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.